UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

nedum claues inſignũ poſſeſſionis deputatę, ſed ēt cuſtodiã potius penès Baptiſtam, quam penès alios debeant, † qm̃ claues deputatæ etiam ad cuſtodiam in dubio debent ſtare penès maſculum maiorem ſemperq; maſculus fœminę præfert̃, vt colligit per Bar. in l. cum pater. §. pater pluribus ff. de leg. iuncta l. fi. ff. de fid. inſtr. cum alijs ſupra allegatis: Baptiſta inter maſculos, quibus habitatio debet̃, maior natu, ergo &c. Et ex prædictis iudicio meo omnibus reſponderi, quæ in ɔ̃riũ adduci poſſent, aliter non refero, quia ex his ſpero excellentiſſimo. Auditorẽ facile cogniturũ optimũ ius, qđ Baptiſta in pręſenti cauſa fauet. Laus Deo.

SVMMARIVM.

Super commutatione legatorum piorum plenitudinem pote ſtatis habet: quod limitatur nu. 2.

Legatorum piorum tranſmutatio fieri non poteſt, vbicunq; teſtator ad pias cauſas aliquid reliquiſſet cum onere aliquid faciendi, quod ni fieret, relictum ad alium locum pium tranſiret, illũ ſubſtituendo: & diſpenſatio ſuper hoc facta à Papa non reddit tutum in foro conſcientiæ nu. 6.

3 *Vltimam voluntatem piam teſtatoris dlterare eſt contra natura lem rationem.*

4 *Papa ſine cauſa iuſta, & rationabili, quæ in dubio nõ præſumitur non poteſt vltimam voluntatem teſtatoris alterare.*

5 *Diſpenſatio ſine iuſta, & rationabili cauſa facta etiam ſuper ijs, quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo, non reddit quem tutum in foro conſcientiæ, & minus, ſi illud ius poſitiuum ſuper naturali rationi fundatum eſſet.*

7 *Commutatio illa ſit indignus.*

Relicti indignus, qui non adimplet adimplendum ex teſtatoris diſpoſitione.

Papa non diſpẽſat ſuper relictis ad pias cauſas, quæ poſſunt adimpleri de iure, & de facto ſecundum teſtatoris diſpoſitionem.

Diſpenſatio ſemper intelligitur abſque præiudicio iuris iam alteri quæſiti.

Prohibitio de non alienando ſimpliciter facta ſuper re eccleſiæ lege valet, & alienatio facta etiam ex cauſa à iure permiſſa ip ſo iure non valet.

Hæc verba tunc, & eo caſu ita diſpoſitionem ad illum caſum reſtringunt, vt in alio etiam ſimili locum non habeat.

EPITOME.

LEGATI ad pias cãs ſubrogationẽ, ſiue cũ cõmutationẽ à Põtifice factã hic nõ valuiſſe, demõſtrat̃.

CONSILIVM XLIX.

FACTI ſpecie, & ſcripturis, quę ad me trãſmiſſæ fuerunt, diligenter perſpectis, & cõſideratis, arbitror dominos canonicos regulares Sãcti Andreæ de Vercellis tuta cõſcientia bona, de quibus in teſtõ domini Hieronymi, retinere non poſſe, non obſtantibus ijs, quæ in primis & ſecundis literis apoſtolicis ſuper cõmutatione cõceſſis continentur, quia † & ſi Papa plenitudinem poteſtatis habeat ſuper cõmutatione legatorum piorũ, vt innuit tex. in cle. quia contingit de religioſis domibus, & habetur in c. nos quidem extra de teſta. necnõ per Bar. in l. legatum ff. de vſufruct. lega. ſiue legatum adimpleri poſſit, ſiue adimpleri nõ poſſit ob iuris, vel facti defectum, vt tradunt ſcribent. in locis allegat. † tamen prædicta non procedunt, qñ teſtator ad pias cãs reliquiſſet cũ onere aliqđ faciendi, vt erigẽdi vnũ locũ in aliquo certo loco, & ibi celebrãdi miſſas, vel alia diuina officia, & in caſu, quo onus id faciendi nõ adimpleret̃ infra aliquod tp̃s, ꝙ relictum, ſeu fideicõmiſſum relictum, vt ſupra, traſire debeat ad alium piũ locum, illum ſubſtituendo, quia tunc non debet eſſe locus commutationi, ſed pia voluntas defuncti omnino adimplenda eſt, vt in c. vltima voluntas. 13. quæſ. 2. c. ſilueſter 11. quæſt. j. ita expreſsè declarat Bar. in l. liberto §. Lucius ff. de annuis lega. & in d. l. legatum ff. de vſufru. leg. cuius theoricã à nemine vidi reprobatã eſſe, ſed vt euangelium illam ſequuntur doct. vbique, & Bal. in l. dictam C. de cond. ob cau. in vlt. col. verum eſſe inquit, & ſequendum id, quod dixit Bar. in d. l. legatum, & in d. §. Lucius, cuius verba referre non extra rem eſſe puto; Pone inquit, quod aliquis reliquit pro conſtructione capellæ in quadam eccleſia, quæ capella conſtrui non poteſt in illa eccleſia, quia forte locus nimis eſt arctus, certe legatum debetur, ſed in alium vſum conuerti debet, idem eſt, ſi pecunia relicta forte pro conſtructione capellę non ſufficeret, idem, ſi eſſet tale legatum factum eccleſiæ, quod magis eſſet damnoſum, quã vtile eccleſię, nam in alium vſum conuertendum eſt, vt teſtatoris perſona, & anima ſubleuet̃, Adde dicit Bart. ꝙ illud, ꝙ dictũ eſt de impoſſibili adimplemento, vt conuerti debeat ad poſſibile, intelligi debet, quando eſt inſertum in conſideratione alicuius finis honeſti, vt in conſideratione bonæ famæ, vel ſub conſideratione animæ, ſecus ſi nihil habet honeſti; quia tunc eccleſia percipit libere, & ſine onere, cũ id ad effectum produci non debeat, quod ad turpem cauſam refertur: item dicit Bart. quòd prædicta ſunt vera, niſi teſtator dicat, quòd iſto non facto, quod iuſſi fieri, volo, quòd legatum remaneat apud hęredem, vel dicat, quòd tranſeat ad aliam perſonam, nam tũc commutatio fieri non poteſt, cum teſtator præciſe ſenſerit de impletione formali: ita dicit Bar. in l. liberto §. Lucius ff. de annuis lega. & in d. l. legatum ff. de vſufruct. legat. quod verum eſt, & menti tenendum: hæc inquit Bal. in d. l. dictam: quod vltimum dictum Bar. dum loquitur, quando teſtator in caſu, quo non eſſet adimpletum onus adiectum legato, voluit legatum debere transferri ad aliam perſonam, declarat Bal. in d. l. dictam, quando teſtator legato pio adieciſſet onus licitum, quia à ſuperiore nõ poterit fieri alia commutatio, ſed ſeruari debebit pręciſe voluntas teſtatoris volentis in caſu non adimplementi legatum
8 debere tranſire ad alium locum, ſeu ad aliam perſonã ſecus ſi onus adiectum legato fuiſſet impoſſibile, qa tunc, quãuis illud non eſſet adimpletum per legatariũ puta per eccleſiam, cui fuiſſet relictum tñ nõ ſeruaretur trãſlatio, quam voluit teſtator debere fieri ad aliã perſonam, quia teſtator hoc facere nõ poteſt: Bart. aũt verba in d. l. liberto §. Lucius ſunt, ex qua ſolutione habes, ꝙ omnes leges, quæ dicunt, ꝙ pecunia ad vnum vſum relicta poſſit conuerti in alium vſum ex auctoritate ſuperioris, ſunt verę, niſi teſtator prouideat, ꝙ debeat fieri, & ꝙ illo non facto perueniat ad hęredes, qa tunc non poteſt fieri tranſmutatio in alium vſum.
Verba etiam Bar. in d. l. legatum ſunt hæc, reſpondeo, quandoque relinquitur ciuitati ad vſum licitum, qui non poteſt celebrari, & tunc partes poſſunt conuertere ad alium vſum, quandoque relinquitur ad aliquem vſum, qui poteſt celebrari in loco, ſed pecunia relicta non ſufficit, & idem eſt, vt per eoſdem poſſit fieri conuerſio l. legatum ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen. quandoque pecunia eſt ſufficiens ad illum licitum, & tunc ad aliũ conuerti non poteſt ſine auctoritate principis d. l. legatum in prin. & in d. clem. quia contingit de religio. domib. Prædicta vera, ſi teſtator expreſsè dixit, quod illo non facto reuertatur ad hęredem aut ad aliam perſonam, & hæc bene menti tenenda eſſe inquit Bartol. quia quotidiana ſunt, ex quibus clarè conſtat, quòd ipſe voluit, quòd ea, quæ habentur in

d.cle.quia cõtingit circa cõmutationem legatorum
piorum faciendã à Papa,nõ procedũt, qñ teſtator ex-
preſsè prouidit ſuper cõmutatione,qm̃ ex quo teſta-
tor in caſu nõ adimplementi expreſsè prouidit ſuper
cõmutatione,Papa cõmutare nõ debet,ſed ſtandũ eſt
cõmutationi teſtatoris prouiſio enim hominis licita
facit ceſſare prouiſionẽ legis.¶ Nec obſtat,ꝙ qñ lega
tũ pium eſt certũ reſpectu loci,& perſonæ,& eſt poſſi
bile, tũc ſolus Papa põt illud cõmutare in aliũ vſum
pium d.cle.quia contingit,& doct.oẽs in d.c.nos qui-
dem,quia dico illud procedere,qñ teſtator in caſu nõ
adimpleti oneris nullã feciſſet prouiſionẽ ſuper com
mutatione legati,ſecus ſi expreſsè prouidiſſet, & cõ-
mutaſſet,ſeu tranſtuliſſet,quia ſeruanda eſſet omnino
vltima voluntas pia teſtatoris d.c.vltima voluntas:&
in iſto caſu Papa non debet ſe intromittere,nec volũ
tatem teſtatoris alterare,& hoc in caſu loquunẽ doc.
Bal.Sal.& Ang in l.ſi teſtamentum C.de teſtam. quod
non licet Papæ alterare vſum illorum, quæ per fide-
les donata,aut relicta ſunt eccleſiæ, ſeu pię cauſæ per
illum tex ad quod facit,quod no.in c.non licet Papę.
12.q. 2. niſi hoc faciat de ſua plenitudine poteſtatis,
qua tamen nunquam videtur velle vti, niſi expreſsè
3 hoc dicat.¶ Corroborantur prædicta,quia † alterare
vltimam voluntatem piam teſtatoris dicitur eſſe con
tra naturalem rationem, quæ dictat voluntatem do-
mini volentis rem ſuam in alium trãsferre ratam ha-
beri §.per traditionem inſt.de rer.diui.ſ.l. in re manda
ta C.mandati,& nihil eſt,quod magis hominibus de-
beatur,quam vt supremæ voluntatis,poſtquam aliud
velle non poſſunt,liber ſit ſtilus,& licitum,quod non
4 iterum redit arbitrium l.i.C. de ſacroſan.eccl. † ergo
vltimam voluntatem teſtatoris Papa alterare nõ po-
teſt illam cõmutando ſine cauſa iuſta, & rationabili,
quæ etiam in Papa non præſumitur, niſi exprimatur,
per ea,quę voluit Abb.in c.per tuas in repet.in 11.col.
ver.nec obſtat extra de arbitr.quem refert,& ſequitur
Fel.in c.ad audientiam il 2. in 5.colu.extra de reſcrip.
Bal.& ibi Alex.in l.reſcripta C.de precib. imper.offe-
ren. At in caſu occurrenti non conſtat, nec expreſſa
eſt cauſa ſufficiens,& rationabilis, nõ dico ad facien-
dam commutationem relicti præfatis dominis cano
nicis,ſed ad tollendum commutationem factam à te
ſtatore, & ad præiudicandum iuribus acquiſitis ipſi
hoſpitali S. Andreæ,cui per fideicommiſſum fuerunt
relicta bona in caſu,quo,ſeu ſub conditione,ſi ipſi do
mini canonici non adimpleuerint voluntatem, &
onus adiectum ab ipſo teſtatore,ergo diſpenſatio nõ
reddit tutos ipſos dominos canonicos in foro ꝯſciẽ-
5 tiæ,† quia diſpẽſatio ſine cauſa iuſta, & rationabili ſu
per iis,quę ſunt etiam ſimpliciter de iure poſitiuo,nõ
reddit quem tutum in foro conſcientię, vt voluit
Abb.in c. conſtitutus in 3. colum.de relig.dom.& in
c.extirpandæ in §.ſi vero in 36. colum.verſicu. 6. exa-
minandum de teſtament. & in c. per venerabilem in
princ.poſt Ioan.And.qui filij ſint legit.& in c.de mul-
ta in 4.colum. verſicu. ex prędictis cum ſimil. de præ-
bend.multo minus reddet quem tutum in foro con-
ſcientiæ,quando diſpenſatio ſine cauſa iuſta,& ratio
nabili facta fuit contra illud ius poſitiuum,quod fun
6 datum fuit ſuper ratione naturali per prędicta, † &
minus,quando teſtator ſuum relictum ad pias cauſas
cum onere appoſito cõmutauit in aliam magis piam
cauſam in caſu, quo onus adiectum à teſtatore non
fuiſſet adimpletum,tum quia alteratio facta à Papa eſ
ſet contra bonum publicum pauperum, quorum vti
litati inſeruire debent bona eccleſiæ,quia bona eccle
ſiæ ſunt pauperum,vt in c.fin.16.q.1.cum ibi not.tum
quia hoc eſſe contra vltimam teſtatoris voluntatem,
quæ omnino ſeruanda eſt,d.c.vltima voluntas,& d.c.

ſilueſter 6.q.j.tum quia ſic de facili retrahuntur, ...
trahi poſſunt ſeculares à relinquẽdo, & diſponendo
ad pias cauſas contra bonum publicum,& vniuerſa
eccleſiarum,arg.eorum,quæ habentur in c.3. & ...
cum dilectus de iur. patron. paſſim.n.fiunt iſtæ com
mutationes, ſeu diſpenſationes de legatis factis pi...
cauſas conuertendo, vt Deo placet, quæ vtinam ...
paſſim non fierent,cum malum exemplum tribuant,
& præſertim in caſu, in quo teſtator ſuam vltimã vo-
luntatem piam ob onus non adimpletum in aliam
magis piam commutauit:nonne ſic tollitur libera...
lus,& liberum arbitrium teſtandi ad pias cauſas con-
tra text.in d.l.j. C.de ſacroſan. eccl.& in d.c.ſilueſter,
vbi indignus fit relicto facto ad pias cauſas,qui men-
tem teſtatoris non adimplet? Et ideò ex prædictis tol
litur prima diſpenſatio,& licentia conceſſa ... do-
minis canonicis regularibus, quæ non potuit ...
7 caſu,quo reperitur facta per prædicta.¶ Secundo
ſi domini canonici effecti ſunt indigni gratia con-
ceſſa in dictis primis literis,propterea quòd abuſi ...
runt gratia ſibi conceſſa,non adimplendo etiam ...
quæ in dictis literis continebantur,vt in c.veniens ...
ibi no.extra de præſcrip.& ad propoſitum nobis opti-
mè inſeruit id:quod voluit Bal.in l.j.in antepenul.co
lum.C.de his,quæ pœnæ nomine in 10.q.vbi dixit, ꝙ
ſi teſtator iuſſit capellam cõſtrui debere infra annum
à die mortis ſub pœna, puta quòd ad alium pium lo-
cum trãſire debeat legatum, & epiſcopus terminum
anni ex cauſa iuſta prorogauit, certè ſi hæres graua-
tus ædificare infra annum à teſtatore appoſitum non
conſtruxit, non dicitur incidere in pœnam propter
prorogationem factam ab epiſcopo ex cauſa iuſta, ſi
tamen ipſe hæres poſtea infra tempus prorogatum
non conſtruxit, & ſic non adimpleuit cõtenta in pro
rogatione,& diſpenſatione,tũc omnino efficitur in-
dignus relicto, & habet locum pœna, & commuta-
tio, de qua in teſtamento propter duplicem contuma-
ciam grauati,tum non obtemperando teſtatori, tum
etiam non obediendo ſuperiori ſecum diſpenſanti.
¶ Præterea dici poteſt, quòd in caſu occurrenti non
fuit Papa, ſed inferior, qui diſpenſauit cum ipſis ca-
nonicis, vt ex literis conſtat, ergo commutatio, ...
diſpenſatio aduerſus commutationem teſtatoris fa-
8 tem in foro conſcientię non excuſat, † quia magis
communiter doct.volunt,ꝙ ſolus Papa,ſeu princeps
de plenitudine poteſtatis poſſit commutare,& diſpẽ-
ſare ſuper relictis ad pias cauſas,quando tale relictum
erat,quod poterat adimpleri de iure,& de facto, pro-
ut diſpoſuit teſtator,vt per Bar.in d.l.legatũ ff. de vſu-
fruc.leg.per canoniſtas in d.c.nos quidem,vbi Mod.
in 2.& 6.colum.circa fin.& eſt text.in d.clemen.quia
contingit.At in caſu occurrenti,& ſi ſecundum ...
tionem dictorum canonicorum non potuit adimple-
ri legatum, & onus ab ipſis faciendum, tamen adim-
pleri potuit legatum,ſeu legati commutatio facta ...
hoſpitali, cui in caſu, quo nõ eſſet onus adimpletum
à canonicis,fuerunt per fideicommiſſum,& per mo-
dum ſubſtitutionis bona à teſtatore relicta pro ...
dis,& nutriendis pauperibus,quod onus, & legatum
ex parte ipſorum, ſeu hoſpitalis potuit adimpleri de
iure, & de facto, ergo ſuper tali legato, & onere infe-
rior non potuit diſpenſare,nec alterare. Rurſus tem-
pore,quo datæ fuerunt primæ literæ ſuper commu-
tatione oneris legato adiuncti ad fauorem canonico-
rum, iam erat ius acquiſitum in re ipſi Hoſpitali ſu-
per bonis relictis, quoniam literæ commutationis
fuerũt impetratę longè poſt lapſum anni, infra ...
tempus onus erat adimplendum ab ipſis canonicis,
vt conſtat ex tempore, quo factum fuit teſtamen-
tum, & teſtator deceſſit, & attento tempore ...

ſæ fuerunt literæ, quoniam ſtatim quo lapſus fuit ...us datus, ipſi hoſpitali fuit ipſo iure dominiũ bonorum acquiſitum, vt in l.fi.C.de ſacroſan.eccle. & ibi doct.† ergo ad præiudicium iuris iam in re quæſiti ipſi hoſpitali nõ potuit fieri commutatio, & diſpẽſatio ad fauorem canonicorum, vt in regula cancellariæ, quæ vult ſemper debere intelligi abſq; prẹiudicio iuris alteri quæſiti, ar.l.2.§.merito, & §.ſi quis à principe ff.ne quid in loc.pub. habetur per Alex.poſt Pau. de Caſt.in l.cum hæredes in prin.ff.de acqui.poſſeſ.& ...art.& alios communiter in l. Gallus §.& quid ſi tantum ff.de libe.& poſth.per Canon.in c.per venerabilem qui fil.ſint leg. & cũ ius fuerit tempore primarum literarum ipſi hoſpitali iam in re acquiſitum, vt ..., & de tali iure in re acquiſito nulla facta fuerit ...tio, & quamuis de iure ad rem poſſit dici expreſ... ſanè literæ illæ, & omnia inde ſequuta debent di... nulla, & nullius valoris,† quia ſubreptio ipſo iure, ... literas diſpenſatiuas, & gratioſas, vt in c.j. & 2. de filijs præsbyt.in 6.& plenè tradunt doct.in c.plerunque, ... cæterum, & in c.ad audientiam extra de reſcriptum ſimi.¶ Non opitulatur etiam ſecunda diſpenſatio conceſſa à Reuerendiſſimo magno pœnitentiario ipſis dominis canonicis ſaltem quoad forũ conſcientiæ per aliqua, quę dicta ſunt ſupra circa primam diſpenſationem, quæ aliter repetenda non ſunt. Item quia vltra commiſſionem factam in dictis ſecũdis literis epiſcopo Vercellẽſi, vel eius Vicario, mihi non conſtat quòd ipſæ literæ ſecundæ fuerint legitimè pręſentatæ epiſcopo, ſeu eius Vicario, ergo ex illis domini canonici nõ poſſunt coadiuuari, nec illis potuit ex dictis literis dici ius quæſitum ad no.in d.c. plerunque de reſcrip.c.duobus eo.tit.in 6.cum ſim.Item poſito quòd dictæ literæ ſecundæ fuiſſent legitimè præſentatæ, ſuper illis tamen nõ fuit proceſſum, nec pronunciatum ad fauorem ipſorum canonicorum, igitur non poteſt dici ex dictis literis ſimpliciter canonicis eſſe ius quæſitum, cum ſolum continerent commiſſionem ſuper petitis ab ipſis dominis canonicis, quòd epiſcopus, vel Vicarius cognoſceret &c. Hęc ſunt quæ pro nunc mihi occurrunt ſuper prędenti conſultatione.¶ Circa aliud dubium non multum inſiſto, quia res mihi in iure vr̄ clariſſima,† qđ prohibitio de non alienãdo in terminis noſtris de iure fuerit valida, quia & ſi prohibitio de non alienando ſimpliciter facta, tanquã ꝯtinens nudum præceptum, & potius cõſilium, quàm neceſſitatem non valeat l.filiusfa.§. diui cum ſimilibus ſim.ff.de lega. j. tamen qñ prohibitio de non alienando ſimpliciter facta fuit ſuper re legata ipſi ecclesiæ, tũc talis prohibitio tenet, & de iure valet, adeò quòd per quacunque cauſa etiam aliàs à iure permiſſa alienatio fieri non poſſet, & facta ipſo iure nulla eſſet, vt in §.ſanctiſſimas in auth.de alien.& emphith.iuncta l. ... C.de vſucap.pro empto.& eſt gl.ab omnibus approbata in c.verum extra de conditio.appoſit.per quę iura expreſsè voluit Alex. multa allegando in d.§.diui ... j.col.& doct.ſequuntur communiter. An autem alienando contra prohibitionem factam à teſtatore fratres della Miſericordia ſint priuati, & legatum ... alijs fratribus ſubſtitutis; equidem non dubito, quia in caſu alienationis non fuerunt ſubſtituti, ſed ſolum in caſu, quo fratres della Miſericordia non celebrarẽt ſingulo die vnam miſſam, vt continetur in illis verbis teſtamenti, & in caſu quo non celebrarent &c.tunc, & eo caſu &c.† quæ verba tũc, & eo caſu reſtringunt diſpoſitionem præciſè ad illum caſum tantum, & operantur, ꝙ diſpoſitio non poſſit habere locum in alio caſu etiam ſimili, vt voluit Pet.de Anchar.in conſi.357.in 3.colum.verſicu.3.quęro; So... inſignis Præceptor meus in conſi.118.in 3.volu. in 4. columna, & Dec. in conſil. 89.in 2. columna, cum alijs, quę poſſent allegari: & hęc ſufficiant ad laudem Dei.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei legatæ ex titulo oneroſo facta legati ademptionem non probat, niſi de contraria ipſius alienantis mente appareat.*

2 *Idem eſt in pignoratione rei legatæ.*

3 *Et in alienatione facta neceſſitate rei familiaris.*

4 *Legatum factum expreſſe intuitu meritorum, & ſeruitiorum difficilius reuocatur, quam factum ſimpliciter.*

5 *Domus toto vſu, & integro vſufructu legato, debetur habitatio integra, & vſusfructus integer cum iure illam alteri locandi, & legatario à die hæreditatis aditæ penſiones dictæ domus debentur.*

6 *Legatum factũ mulieri ſub conditione, ſi nuptias nõ contraxerit, debetur, etiam ſi nuptias contraxerit, niſi teſtator diuerſa fecerit legata in caſu quolibet nuptiarum, & non nuptiarum.*

EPITOME.

LEGATVM nõ cenſeri ademptum ex alienatione rei legatę facta à teſtatore totumq; vſum, & integrum vſumfructum domus legatæ cum iure alteri locandi deberi, & legatum mulieri ſub conditione, ſi non nupſerit, factum non deberi, ſi nupſerit, hic oſtenditur.

CASVS CONSILII L.

IOANNES ANTONIVS Placentinus inter alia ab eo in codicillis ſuis diſpoſita reliquit dominę Ioannæ ſuæ, & ſuorũ bonorum ſeruitrici, & gubernatrici victũ & veſtitum pro toto tempore eius vitæ cum modis, & grauaminibus in dictis codicillis appoſitis: & caſu, quo nõ poſſet pacificè, & quietè viuere dicta do. Ioãna cũ hęrede ipſius codicillantis, tunc ipſa habere deberet totum vſum, & integrum liberum vſumfructũ cuiuſdam petię terrę bebulcarum quatuor cum dimidio, ita quòd poſſit de dicto vſufructu diſponere, prout ſibi videbitur, & placuerit: & quod in caſu neceſſitatis ſuæ, videlicet victus, ſeu infirmitatis ipſa poſſit vendere, & alienare duas bebulcas dictę petiæ terræ pro ſua neceſſitate: Et ſi ipſa domina Ioanna nuberet, & matrimonium contraheret, illi dominus codicillans reliquit libras centum in pecunijs numeratis, & interim antequàm nuptias contraheret, ſeu donec ſibi dictæ libræ centum ſoluerentur, voluit idem codicillans, quòd ipſa habere debeat integrum, & totum vſumfructum dictæ petię terræ. Item vltra alia legata dictæ dominæ Ioannæ facta codicillans eidem reliquit totum vſum, & integrum vſumfructum domus ipſius codicillantis; & quòd ipſa poſſit in domo prædicta ſtare, & habitare toto tempore vitæ ſuæ; In quo quidem vſufructu dictæ petiæ terræ, & domus noluit dictus dominus codicillans ipſam poſſe turbari, nec moleſtari à ſuo hærede, ſed eam poſſe de dictis vſufructibus diſponere, prout ſibi videbiť, & placuerit: & quòd ſuus hæres dictam domum vendere, ſeu alienare non poſſit abſque conſenſu, & voluntate dominæ Ioannæ, ipſa tamen ſtante, & durante ſine marito: Factis huiusmodi codicillis, ipſe dominus codicillans dictam petiã terræ vnà cum tota poſſeſſione ſeu toto prædio in eius vita vẽdidit, & alienauit, deinde ex hoc ſeculo migrauit, non aliter mutatis, nec reuocatis dictis codicillis. Quæriť, ſtãtib⁹ p̃miſſis de pluribus, & primo, an ex alienatione dictæ petiæ terræ, vt ſupra, relictæ quoad vſũfructũ, ac ẽt quoad proprieta-